XI. TARVISIVM.

123* Taurisii, id est Tarvisii.

m. macelio l. f. fab. | paullino | trib. milit. leg. uii | claud. patrono mun|icip. taurisior. et | flam. martial. et iiii | uiro quinquenn. ii | decurion. publice | d. d.

Ligorius ms. Taur. 17.

124* Tarvisii in hortis Hieronymi in urna laurum continente. Postea emit Burchelatus.

intonsi sum cura dei peneia uirgo | perpetuae pulchro frondis honore uirens | quisquis amas phoebum daphnem cole quicquid amicae | deditur acceptum gratus amator habet

Burchelatus epitaph. p. 90, hist. p. 500 (inde Mur. 146, 5; Burmann anthol. 1, 32; Meyer n. 589; Orelli 1441). Non falsum, sed recens.

3 *laurum* (pro *daphnem*), *amatae*, 4 *accoeptum* Burch. (hist.).

125* 1 *L. Baebio Vindemiatori* v. inter Salonitanas vol. III n. 2243.

2 *L. Pomponius Extricatus* v. ibidem vol. III n. 2475.

3 *Aeliae Daphne* arca ingens (Grut. 608, 9), ex vico Scorzè prope Tarvisium nuper adducta Martellagum in villam Fr. Scipionis Fapannae, origine urbana est.

XII. VENETIA.

126* Venetiis FELIC. in domo Leonardi presbyteri S. Iohannis a Bragula MARCAN. Sine loco GAMM. LIL.

Felicianus:

na
peis
sac
c. herennio
crisp
patricio. cl
m. terentius uer
mira herbae
pulchritudine
captus
ex
dono
u ∘ f

Gammarus:

napeis sac
petro donato
patricio
iohanes p.
mira herbae
pulchritudine
captus
ex
dono
u. ∘ f

Priorem proponunt Felicianus Ven. 1; Marcanova Mut. f. 178 n. 16 (inde Sirmondus cod. Paris. 1418 n. 25; Grut. 1074, 1 per Sirmondum e Marcanova); Ferrarinus cod. Trai. f. 51', cod. Reg. n. 1; Sanutus f. 52. Alteram habent Gammarus f. 112' et Lilius f. 54.

127* Venetiis in contrata servorum retro ecclesiam in loco D. Hieronymi Donato doctoris epitaphia antiqua alibi reperta SAN.

M·TVLIO·CIC
TVLIE TER
TVLIE · TER
TVLIE·M·L·P

TERENTIE·T·M
TERENTIE
TVLII·M
TERENTIE

Sanutus f. 52.

128* litteris porphyreticis, Venetiis in domo olim Nicolai Blanchi in contrata Cruciferorum SAN.

d. m. | zibea g(nei) q(uarti) | ma(tri) fi(lius) | so(ror) fr(ater) | am(ita) ne(pos) | hic iac(ent) | s(olum) duo t(antum)

Sanutus f. 52'; Mur. app. 12, 3, cui misit Stanislaus Somaschi. Sanutus adscripsit interpretationem. — Cf. n. 3*

129* in Altini ruinis rep.

mater filius et filia | socrus gener et nurus | auia et neptis uir et uxor | pater et filia frater et soror | uno eodemque tempore | ac fato sublati sunt | quaeritur quot sint | sunt tres

Trinagius inscr. Vicent. H, 2.

130* in tabula aerea Torcelli reperta.

ioui bono deo | serenatori | m. miscilius rufus | ueteranus ex u.

Ligorius ms. Taur. 17 (inde Gud. 4, 6).

131* Venetiis.

marcellinus alumnus | et theophilus amici | biui fecerunt sibi et | iuliana c. f. b.

Donius cod. Barb. XXXIV, 73 p. 189 ex schedis Vaticanis nescio quibus.

132* Venetiis.

millinae et auellinae | gemellae conseruator | sibi fieri vol. f. c.

Donius cod. Barb. XXXIV, 73 p. 189 ex schedis Vaticanis nescio quibus.

133* in amuleto ex succino in pedis formam perforato et pensili, apud Franciscum Trevisanum patricium Venetum.

d. m. | ueneri | ss. | felici conseruat. uictrici | cupidini | caelest. genitrici | matriq. | deum | c. | caes | tinus | u . . .

Fabretti 564, 105 auctore non indicato.

134* sub protome viri diademati et longam barbam habentis, Venetiis in aedibus Grimani ASTOR. qui nihil habet de origine lapidis; deinde in S. Mariae *della Salute* inter Moschiniana. Ego ibi non repperi.

bono deo | brotontI

Io. Ant. Astorius epist. ad Zenum de deo Brotonte (primum in *Galleria di Minerva* vol. 2 a. 1697 p. 245 seq., deinde seorsum Venetiis 1705 8. pp. 19, quae ed. repetita est in thesauri Sallengriani vol. II; ex Astorio Fabrett. 698, 203 et Mur. 8, 8) dedit aere expressam, ut miserat Ap. Zenus; a Turre mon. vet. Antii p. 291 qui in aere incidit (inde Bertoli ms. inter Mur. et Aquil. p. 98 n. 73); Moschini *chiesa della Salute* p. 144.

135* Venetiis in aedibus Grimani ad S. Mariae Formosae.

dis man. | frugifer. et | aphroditi

Astorius f. 5'.

136* nuper rep., extat Venetiis in aedibus Nicolai Venieri ad S. Antonii ORSATO 1674.

q. aemilius q. f. | . . . . pal. secundus | castris diui aug. s. | p. sulpitio quirinio le. | cesaris syriae honori|bus decoratus prefect. | cohort. aug. i prefect. | cohort. ii classicae idem | iussu quirini censum ecl. | apamenae | ciuitatis mil|lium homin. ciuium cxuii | idem missu quirini aduersus | ituraeos in libano monte | castellum eorum cepi et ante | militiem prefect. fabrum | delatus a duobus cos. ad aer|rarium et in colonia | quaestor aedil. ii duumuir ii | pontifexs | ibi positi sunt q. aemilius q. f. pal. | secundus f. et aemilia chia lib. | h. m. amplius h. n. s.

Sert. Orsato ms. et *marmi erud.* 1719 p. 276 (inde Mur. 670, 1; Orelli 625), cui dedit dominus lapidis. Falsam esse iudicarunt Marinius (Arv. p. 751. 787) Orellius Henzenus neque quisquam ex peritis umquam talis monstri patrocinium suscepit; sed videtur ficta fuisse in lapide.

Dedi ad Ursati exemplum scriptum; in ed. dedit v. 4 QVIRINO, v. 9 FEC pro ECL aliaque minora mutavit.